Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Existimantes autem illum esse in comitatu uenerunt iter
diei & requirebant eum inter cognatos & notos. Et
non inuenientes regressi sunt in hrlm requrentes eum. Et
factum est post triduum inuenerunt illum in templo seden
tem in medio doctorum. audientem illos & interrogan
tem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super
prudentia & responsis eius. Et uidentes ammirati
sunt Et dixit mater eius ad illum. Fili. quid fecisti nobis sic.
Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Et ait
ad illos. Quid est quod me querebatis. Nesciebatis quia
in his quae patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi non intel
lexerunt uerbum quod locutus est ad illos. Et descendit
cum illis & uenit nazareth. & erat subditus illis. Et
mater eius conseruabat omnia uerba hec in corde suo.
Et ihc proficiebat etate & sapientia & gratia apud
dm & homines. BEDE PBRI.
Apta est nobis fratres kmnis sancti euangelii lectio recitata
neque opus est in ea ut quid exponendo loquamur:
VENIT ihc a galilea MATHEUM.
in iordanem ad iohem. ut baptizaretur a eo. Iohs
autem prohibebat eum dicens. Ego autem debeo baptizari.